Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



spus intelligentie sanctus multiplex subtilis mobilis disertus incoinquinatus certus suauis amans bonum acutus qui nichil retrahit beneficere omnibus mobilibus mobilior est sapientia. Tu-

Sapientia attingit ubique propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis dei et emanatio est quedam claritatis omnipotentis dei sincera. Ideo nichil inquinatum incurrit. Candor est enim lucis eterne et speculum sine macula maiestatis dei et ymago bonitatis illius. Tu-

lecto vj.

Sapientia cum sit una omnia potest et permanens in se omnia innouat. Per nationes in animas sanctas se transformat amicos dei et prophetas constituit. Neminem enim diligit deus nisi quem sapientia inhabitat. Est enim hec speciosior sole et super omnem stellarum dispositionem. Lucis comparata inuenitur. Propter hoc non succedit nox. Tu.

Dominica quarta. lecto j.

Omnis sapientia a domino deo est et cum illo fuit semper et est ante eum. Arenam maris et pluuie guttas et dies seculi quis dinumerauit. Altitudinem celi et latitudinem terre et profundum abysi quis mensus est. Sapiam dei precedentem omnia quis inuestigauit. Tu.

lecto vj.

Noli spernere proximum tuum in quem habes potestatem. Omnis peccator inuidet et bilinguis verbum dulce multiplicat. Amicos et inimicos et lingua benedicens gratiosa in bono homine habundabit. Multi pacifici sint tibi et consiliarius tibi sit unus de mil